



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivis Canonici**

**Andreas, Valerius**

**Francofurti & Lipsiae, 1720**

XV. De Commodato.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](#)

deret; Precariæ vero etiam ultra, quæ  
to quoque anno renovandæ: tamen n  
rius est, secundum Canones non differe  
Ut nil aliud sit Precaria sive Præcariæ  
quam jus percipiendi fructus ex Prædio E  
clesiastico, concessum alicui vel gratuitam  
certa mercede numerata vel in compen  
sationem ac remunerationem dari bendo  
Ecclesiastici.

2. *Quid est Precarium?*

*s. fin. b. t.* Est contractus, quo alicujus rei usus  
*l. i. & 2.* cui gratis conceditur, revocandus pro am  
*D. De* trio ipsius concedentis. Differt a Pre  
*Precario* quia hæc non possunt ad arbitrium con  
*d. c. fin.* dentis revocari.

De Commodato.

TIT. XV.

Nunc transit Pont. ad reliquos contra  
tam nominatos, sive re, sive consensi,  
sive aliter contrahantur, quam inno  
natos. Inter nominatos occurrit prim  
loco Commodatum.

1. *Quid est Commodatum?*

**E**st contractus re initus, quo res ali  
cui utenda datur gratuito ea lego  
ut, usu expleto, ad quem tradita est, eadem  
restituatur.

**2. De qua culpa tenetur Commodatarius?**

Tenetur de dolo, & de omni culpa, latente, levi & levissima; quia commodatum plerumque commodatarii tantum gratia c. un. b. t. contrahi solet. De casu vero regulariter & l. 6. §. non tenetur, nisi tribus casibus exceptis: si nunc vicinum casum præcesserit, si intervenerit padendum, vel si commodatarius fuerit in mora D. eod. restituendi.

**3. Ex Commodato que actio datur?**

Datur eo nomine duplex actio, altera directa, qua commodator, ejusve hæres experitur, ad repetendam rem commodatam, finito usu: altera contraria, quæ datur commodatario, si ante explatum usum res commodata repetatur; vel ad repetendas impensas, si quas fecerit in rem commodatam: cum non decipi nos beneficio oporteat, sed adjuvari.

**De Deposito.****TIT. XVI.****I. Quid est Depositum?**

ESt contractus re initus, quo res aliqua alicui custodienda traditur, nullam mercede ei data vel promissa. Quod postremum hic additur, quia mercede inter-